
T. Bang.

Tropæum protevangelij admirandis triumphalib. C. J. positum.

Hafn., 1649.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

1,-68

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 00806 5

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

TROPÆUM
PROTEUAN-
GELICUM
Admirandis
TRIUMPHALIBUS
CHRISTI JESU
Poſitum:

Et ut
Ejus ſtabilitas exploratiùs innoteſceret,
Divinâ gratiâ
Publicè propoſitum
In Regia Haun. Acad. 14 April.
à

THOMA BANGIO,
S. Hebr. Lingv. Prof. Ord.
Reſpondente
SEVERINO JOHANNIS ALBURGIO.

HAVNIÆ
Typis MARTZANIANIS,
Anno cIↃ IↃ cXLIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

ORA.



LABORA.

Adjuvante & benedicente

Cœli ac terræ

STATORE,

Omniſq́ humanæ ſalutis

RESTITUTORE

CHRISTO JESU,

Cujus æternæ gloriæ & admirabili victoriæ

HOC PROTEUANGELICUM TROPÆUM

erectum eſt,

STATUIMUS

I

ΠΙΣΤΟΝ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΚΑΙ Πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον εἶναι τὸ ΠΡΟΤΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, qvo ceu primo promiſſo ut veriſsimo ita dulcis cõſolationis fœcundiſsimo primum reorum par recentis ſceleris conſcientia conſternatum erexit DEUS; & contrà, qvô tan- COLUMNA PRIMA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

tanqvam cœleſti fulmine faſtuoſi pariter ac inſidioſi ὀφιοδαίμονος caput percuſsit: imò e qvo velut TROPÆO exuviæ antiqvo ſerpenti detractæ, & ſerpentinorum ingeniorum venenata arma ſuſpendi poſſunt.

TROPÆUM MESSIÆ
HOC EST:

הוא ישופך ראש

Gen: III. v. XV.

COLUMNÆ PRIMÆ PROSTYLOS.

TRopæi PROTEVANGELICI, qvod divinô inſtinctu & manu Moſis Triumphatori Meſſiæ primò ſtatutum veneramur, & ad cujus fundamenta cuniculos agunt adverſarii, *primam Columnam* mutuô, ſed imbecilli niſu noſtro initiò fundandam cenſuimus in verbis, qvibus Paulus, divinus ille Gentium Doctor & præco 1 Tim. 2, 7. 2. Timoth. 1, 11: imò JESU CHRISTI Apoſtolus 2 Cor. 1, 1. Epheſ. 1, 1. Col 1, 1. 1. Timoth. 1, 1. Tit. 1, 1, ſemetipſum peccatorum, ut agnoſcit, facilè principem ac primum, aliosq; peccatorum mole oppreſſos erigere voluit, hôc uſus firmiſſimô fidei fulcro: Πίστος ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι. 1 Tim. 1, 15.

Jactent cœci cœcutientium Judæorum duces Rabbini מְקוּבָּלִים ſuas ἀποδοχὰς ſive Kabbalas ingenioſæ ſtultitiæ indices: crepent credula incredulorum Apellarum conciliabula fabulas ac genealogias numero infinitas 1. Tim. 1, 4: oſtentent Hierophantæ Ægyptiaci τὴν τῶν ζώων ἀποδοχὴν (ut eam vocat Philo Libro de Vita Moſi, p. 470, edit. Colon. Allobrog. 1613) hoc eſt, ſecretiorem

Kab-

Kabbalam animalium fictilium & monſtroſorum androſphingum ſymbolicam doctrinam vivâ Sacerdotum voce traditam, ac bibulis diſcipulorum auribus, vacivisq́; pectoribus receptam. Nobis verò ſtat ſententia, *τὴν ἀποδοχὴν* Petrinam & *τὴν παρακαταθήκην* Dei dictantis ore traditam atq; Moſis ſcribentis ſtilô exceptam religiosè ſervare, *προσέχειν* ΤΩ ΒΕΒΑΙΟΤΕΡΩ *προφητικῷ λόγῳ, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τύπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς ἡμῶν καρδίαις* 2 Petr. 1. 19. *καὶ προσέρχεσθαι ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ τῇ κατ᾽ εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ* 1 Timoth. 6, 3, *οὐδαμῶς δὲ προσέχειν Ἰουδαικοῖς μύθοις ἢ ἐντολαῖς ἀνθρώπον ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν* Tit. 1. v. 14.]

STATUIMUS
II

Columna secunda.

HEbraica hæc, qvibus PROTEUANGELICUM TROPÆUM conſtat, verba eſſe ipſiſſimos ΤΟΥΣ ΒΕΒΑΙΟΤΕΡΟΥΣ, *προφητικοὺς καὶ ὑγιαίνοντας λόγους* lucernæ clara Moſaicæ *ὑποτυπώσεως* face undiqvaqve cunctis lucentis, qvos præjudicii glaucoma non occupavit, nullis aut obſcuræ ambiguitatis aut incertæ lectionis nebulis obductos, unico omnium promiſsionum Soli CHRISTO JESU lumen acceptum ferentes; adeoq́; veram eſſe interpretationem Lutheri Germanicam, **derſelbe:** Danicam, **den ſamme:** Svecicam, **then ſamme:** Latinam, *Ipſum:* 70, *αὐτὸν*. Chald. הוא.

 Hæc

COLLATITIA ADVERSARIORUM STATUMINA.

[Hæc PROTEUANGELII noſtri *Columna Secunda* adeo firma eſt, ut jurati noſtrarum Eccleſiarum hoſtes Pontificii ipſi ſoliditatem ejꝰ commendent, atq; in ea ex βεβαιοτέρῳ Hebraico ſermone ſtatuminanda, nunc monſtrando tacitè ſuorum Doctorum cuniculos, nunc ſeriis rectisq; monitis eos abſterrendo, mutuas nobis operas tradant. Has, citatis ipſorum Pontificiorum verbis, palam faciemus. Major enim eſt veritatis vis, cui robur hoſtis ipſe addit.]

Initiò prodeat *Georgius* Wicelius, ut Germanicæ Interpretationis Luth. (*quam omnium maximè infidam cavillatur in Præf. Annot.*) acris caſtigator, ita naſcentis Religionis noſtræ aliàs vehemens adverſarius, & cauſam pro TROPÆO noſtro dicat. Ita enim ille Annot. in Biblia Lutheri Wittebergenſia pag. 4, 5 edit. Melchioris Lotheri loqvitur:

Verba Interpretationis Germanicæ Lutheri. { Derſelb ſol dir den Kopff zertreten/ und du wirſt ihn inn die Verſen ſtechen.

PRIMUM WICELII.

Ich wolt hie etliche Kirchiſch en getrewlich warnen/ daß ſie ſich mit der Widderpart nicht zu hart in Kampff legten/ vber dem Pronomen IPSA. Nam varius eſt eventus belli. Zwar die Häuptſprachen und die Zeugnus der eltiſten Veter halten/ IPSE. Was wil man mehr draus machen? Ebreiſch iſts HU, welchs eigentlich referirt das nehiſt vorhergehendt Wörtlein Zera, *id eſt* Semen: Daſſelbig iſt *Maſculini*, weil erfunden wirdt/ daß *in Plurali* Zeraim hat. Weñs aber HI hieſſe/ ſo were es *Feminini*: und iſts nicht ein wunder/ daß nur ein kleines Pünctlein dieſen gantzen Hadder machen ſoll? Den dis Pronomen, es ſey *Maſculini* odder *Feminini*, ſo hat es drey gleiche Buchſtäblein. Nu ligt der Vnterſcheidt des *Generis* daran. Stehet das Pünctlein Hirek im Vau, (alſo daß Surek ſey) ſo iſts *Maſculini*, ſtehts aber unterm Vau, [mallem HE ſcripſiſſet] ſo iſts *Feminini &c.* Zu dem/ wie bald iſts auch verſehen im Lateiniſchen E und A? Ob nicht S. Hieronymus möcht IPSE geſchrieben haben/ und ſey dar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

nach durch ſo viel Schreiber Hånde in IPSA verwandelt worden? Wiewol er IPSUM hett ſchreiben můſſen/weil ſeinen bey uns *Neutrum* iſt. Das ſey von dem Ebreiſchen grunde gar kůrtzlich. Die LXX haben Autos *Maſculin.* und nicht Auti *Feminini*, unangeſehen / daß ſie Sperma *Neut. gen.* zuvor geſetzet hatten / welchen nach ſie Auton hetten ſagen můſſen / wo ſie nicht mehr auff das *Maſculin. genus* getrachtet hetten. Ob nu einer dis Autos *Communis generis* machen wolt / alſo daß es auff beyde erſte *genera* gedeutet werden kundt / den weiſe ich inn S. Cypriano, der eltiſten Lateiner-Lection / nemblich lib. 2. contra Judæos, do diese Wort ſtehen: Hoc Semen dixerat DEus de muliere procedere, qvod calcaret caput Diaboli in Geneſi, und bald alſo: Ipſe tuum obſervabit caput, & tu obſervabis calcaneum ejus. **Wir brechen darumb der hochgelobten/ heiligen/ ewigen Jungfrawen Maria nichts abe** / welche dieſes rechten Samens (der ein überwinder des Teuffels iſt) ware Muter geweſen. Mariæ Same/ daß iſt/ der Knabe JESUS/ hat den Goliath niedergeſchlagen. Darvon dieſe liebe Mutter ein gros Lob hat/ **daß ſie die gebenedeite iſt unter den Weibern / und jhr Leib ſelig geſprochen wird / darumb ſie dieſen Schlangen-Zwinger reiniglich unnd heiliglich getragen hat.** S. Chryſoſtomus prediget dieſen Ort von der Eva, aber kůmmerlich / und fůretz nicht aus / wie er ſol. Der Jungfrawen Marie gedencket er ſonſt mit keinem Wort / etc. Aber es wil endlich auch hierauff beruhen/ daß nicht allein der Ebreer HU, und Grieſchen Autos, auff den Samen des Weibs dringen / ſondern noch darzu das allerdeutlichſt affixum NU, im Wort Theſuphenu, *id eſt*, conteres eum, verſtehe Semen. Denn weñs auffs Weib geredt were / ſo můſſet es Theſuphenah, *id eſt*, conteres eam, lauten. Es iſt freilich ſo groſſer Unterſcheid zwiſchen dem nu und nah, alß an den hu und hi, wie auch der Hebreer-Kinder wiſſen. Auch haben die LXX jhr Autos widder repetirt (damit man nicht gedecht/ es were vorſchrieben) Do ſie/ Sie Hereſis [*lege* τειρήσεις] autu

pte-

premam, *id eſt*, obſervabis ejus calcaneum. Ejus in *Maſcul. genere. &c.* **Er wirdt dir den Kopff zertreten/ und du wirdſt im die Verſen zertretten.** Daß iſt geſchehen/ und geſchiehet noch/ biß ans ende der Werlt. Chriſtus trifft den Teuffel an Kopff/ aber der Teuffel wie ſehr er ſich weret/ kan er Chriſtum doch nirgendt hinreſſen/ den gar unten an die Verſen oder Fuſſolen/ da er warlich wenig gewiñen wirt/ ꝛc.

SECUNDUM SASBOUTII.

Wicelio ſuccedat *Adamus Sasbout Delphius*, qvem *Bellarminus* in Recognit. pag. 25 *accuratiſſimum Scripturæ Interpretem* vocat, qviq; erigendæ noſtræ TROPÆI Columnæ *Secundæ* viriles manus adhibet in *Oratione Quodlibetica* operibus ejus annexa, qva veram Chriſti Eccleſiam demonſtrare conatur, hac uſus verborum formâ Edit: Colon. 1575. pag. 679: In Apocalypſi Johannes agnum occiſum ſcribit ab origine mundi, nimirum ut intelligas etiam ante Chriſti adventum in carnem, imò ab ipſo mox exordio generis humani Eccleſiam hanc fuiſſe, qvamvis tum à Chriſto non ſortiebatur nomen, ut Chriſtiana diceretur: nec mirum, cum ipſe Dei filius tum necdum Chriſtus, id eſt, unctus eſſet. Sed qvo cœpimus pede pergamus, & velut ante oculos, qvod dicimus, & conſpectum ponamus: unam eſſe Eccleſiam, qvæ à principio orbis conſtituti ad nos protenditur ad finem ſeculi duratura. Etenim hac via, qvod qværimus, faciliùs inveniemus, & rectè nos inveniſſe certiores erimus. Primi parentes noſtri cum per inobediētiam & ſe & poſteritatem totam damnationi obſtrinxiſſent, eamq; evadendi nulla homini pateret via, *miſericors Deus, Mediatorem propoſuit, cujus ſangvine, qvi in plenitudine temporis effundendus eſſet, deleretur, qvod ſcriptum adverſus nos erat Chiropraphum, ut omnes in ipſum credentes, cujuscunq; tandem generis, ſexus ac conditionis forent, à peccatis liberarentur juſtitiam acciperent & ſalutem.* Diſertè iſtud tradit liber Geneſ. ubi ait: ואיבה אשית בינך ובין האשה ובין זרעך ובין זרעה הוא ישופך ראש *Inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter ſemen tuum & inter ſemen illius*, Ipſum *conteret tibi caput.* Cùm enim

duo

duo præcedant nomina, alterum feminini generis nempè
אשה, qvod mulierem ſonat, alterum Maſculini videli-
cet זרע, qvod nos ſemen dicimus, & ſubjiciatur הוא pro-
nomen ejus generis & ſignificantiæ, cujus eſt *Ipſe* apud
Latinos, certè ad ſemen pertinet, qvod de capite colubri
conterendo ſcribitur. Nam ſi mulierem ſignificare volu-
iſſet Moſes, dixiſſet היא, qvanqvam voculæ hæ non niſi
unâ literâ differunt, ſcilicet mediâ, qvæ in altera י, in alte-
ra ו, qvæ & adeò ſimiles ſibi ſunt, ut niſi vigiles, facilè al-
teram pro altera legas ſcribáſve. Atq; putarem ego typo-
graphorum indiligentiâ היא mutatum hoc loci in הוא:
*niſi me retraheret, qvod additur verbum, ישופ, id eſt, conte-
ret, qvod cum maſculini generis ſit, non admittit* היא. Qvid?
qvod Pronomen נו, *qvod adhæret verbo* תשופ *in clauſula* pe-
riodi ואתה תשופנו עקב: *& tu conteres ei calcaneum*, pla-
ne indicet הוא legendum in præcedentibus, ac de ſemine
eſſe ſermonem. Unde ſeptuaginta tranſtulerunt: Ἔχ-
θραν θήσω ἀνὰ μέσον σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον τῆς γυναικὸς, καὶ
ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος
αὐτῆς, αὐτὸς σοῦ τηρήσει κεφαλὴν. Qvos cum liben-
ter imitetur Hieron. puto & ipſum ad eundem modum
reddidiſſe הוא Hebraicum, licet reclament codices, qvi
conſtanter legunt in feminino, *ipſa conteret caput tuum*,
ſed DEPRAVATOS eſſe facilè colligere eſt ex qvæſtionibus
Hebraicis, qvas in Geneſin edidit. Cum præpoſuiſſet ibi
Hieron. editionem Septuag. *ipſe ſervabit caput tuum*: meliùs,
inqvit in Hebræo habetur; *Ipſe conteret caput tuum.* Qvid
autem moverit Hieron. & ante ipſum ſeptuag. Interpretes,
ut hoc modô transferrent (Novè enim omninò tranſtule-
runt, ſiqvidem nec Græcorum αὐτὸς, nec Latinorum ipſe,
qvô pertinere ſecundum vocem poſſit, habet. Non enim
ad γυναῖκα vel mulierem, non etiam ad σπέρμα vel ſemen
referri poteſt, cùm hæc nomina aut feminina, aut neutra
ſint, Pronomen verò Maſculinum) Qvid, inqvam, mo-
verit ipſos, opinabuntur alii aliud. Mihi ſanè eo feciſſe
videntur conſilio, ut ſignificarent in vocabulo *Seminis* tro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

pum ſubeſſe, & poni pro magno illo ſemine, de qvo c. 22 Geneſ: Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes, ubi *Chriſtus* intelligitur, interprete Paulo: *Abrahæ*, inqvit, *dictæ ſunt promiſſiones & ſemini ejus, non dicit ſeminibus qvaſi in multis, ſed qvaſi in uno, & ſemine tuo, qvi eſt Chriſtus:* Locus hic eſt in Epiſt. ad Galat cap. 3. Hæc ille.

TERTIUM AND. VEG.

Porrò *Sasboutio* adjungendum putamus *Andream Vegam* Pontificiæ Scholæ Doctorem celeberrimum. Hic, licet inter Concilii Tridentini præcipuos Theologos Pontificios fuerit numeratus, à qvo etiam lectiones Veteris Vulgatæ Editionis formidando diri anathematis fulmine confirmantur: tamen anathematis, qvod ipſe cum aliis ejaculatus eſt, immemor, nobis in conſtituendo Meſſiæ Tropæo ſocias porrigit manus, ſic ſcribens lib. 3 de Juſtificat. p. 36 Edit. Colon. 1572. *Ipſum conteret caput tuum.* Non enim alius, qvàm Chriſtus contriturus hîc prædicebatur caput ſerpentis. Qvod & aliqvantò nobis fecit apertiùs Johannes in Apocalypſi. Et *Ipſum* manifeſtè habet Hebraicus textus, non *Ipſa*. Id v. ex (IPSA) apparenter colligitur.

Apocal. 12.

QVARTUM FELICII.

Auxiliatrices qvoq; manus huic Columnæ commodat *Matthias Feliſius* in Elucidatione Inſtitutionis Chriſtianæ p. 306. 307 Edit. Plantin. Antverp. 1575: *Ipſum*, inqvit, *conteret caput tuum*. Qvam ſententiam cum duæ præcedant dictiones in textu Hebraico, qvarum una eſt *Iſſa*, id eſt, mulier, qvæ eſt feminini generis; altera autem *Zara*, id eſt, ſemen, qvæ eſt maſculini generis, haud incongruè huic immediatè annectitur Pronomen (*hu*) qvod eſt ejusdem ſignificationis, atq; dictio (*ipſe*) apud Latinos, qvod rectè ad *Semen* refertur; ſi namq; mulierem intelligere voluiſſet, non (*Hu*) ſed (*Hi*) in feminino genere Pronomen conſtituendo dixiſſet; qvanqvam facilis ſit tranſitus unius literæ Jod ad Vau, cum ſola protractione & qvantitate diſcernantur. Unde haud difficulter qvis ſuſpicari poſſet incuria Impreſſorum unam dictionem alterius locô poſitam, niſi ipſum verbum *Jaſub*, maſculini generis aliud inſinuaret. Iſtud confirmant 70, qvi ſic habent:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

bent: *αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν*, qvos cum non illibenter imitetur divus Hieronymus, veriſimile eſt, ipſum legiſſe (*Hu*) licèt moderna exemplaria ferè habeant, (*Hi,*) ut ita legatur; IPSA conteret caput tuum: Verum, *eſſe mendoſa* vel ex Hebraicis ejus qvæſtionibus evadere poteſt manifeſtum: nec alius intelligitur Pronomine *hu*, qvam ille, in qvo benedicendæ erant omnes gentes, qvi eſt Chriſtus in in æternum benedictus.

Tantò autem certiores ſumus de collata Feliſiani ſtabilimenti Symbola, qvantò confidentiùs & fideliùs eadem ſua verba repetit idem *Feliſius* in Catholica præceptorum Decalogi Elucidatione p. 169, 170 Edit. Plantin. Antverp. 1576.

QVINTUM GEORG. VENETI.

Noſtræ etiam columnæ fulcimenta ſupponit *Franciſcus Georgius Venetus* lib. de Harmonia mundi, Tono qvinto Cantici ſecundi cap. 18. p. 280, Edit. Pariſ. 1544. Ponam, inqvit, inimicitias inter te & mulierem, & inter ſemen illius: Et IPSUM ſcilicet ſemen mulieris, non IPSA (ut mendoſa habet tradúctio) conteret caput tuum: Nam Chriſtus ex ſemine primorum parentum genitus debellavit & contrivit caput diabolici Draconis. Idem, referente Gerhardô, confirmat Tom. 1. Sect. 1. Problemat. 55, additô corruptæ Editionis putri fructu: Ex *falſa traductione* Latina communiter attribuunt hanc victoriam Reginæ cœlorum, qvæ licet ſublimior ſit, qvàm dici qveat, debemus tamen Victori triumphum hunc, cui *ex veritate literæ* debetur.

Porrò in PROTEUANGELICI Tropæi Hebraica veritate roboranda conſpirat celebre Pontificiorum par, *Andradius* & *Simeon de Muis*. Qvamvis enim *Andradius* haud poſtrema pars fuerit Tridentinæ Synodi, & Chemnitio examen Concilii Tridentini inſtituenti ſe oppoſuerit: tamen vi veritatis victus hìc abiit à vulgato Interprete, qvem tamen ipſe in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus & expoſitionibus pro authentico habuit. Ut autem ex una velut fideliâ duos parietes dealbemus, utri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

usq; auxilium junctim uno loco tuis, benigne Tropæi noſtri Spectator & Interpres, oculis ſiſtemus.

SEXTUM SIMEONIS DE MUIS.

Simeon de Muis Hebraicarum Literarum Profeſſor Regius in Acad. Pariſienſi, & authentici textus Hebræi vindex eximius in Caſtigatione Animadverſionum Joannis Morini p. 146, 147. Edit. Pariſ. Guillelmi Pelé 1639 ita ſcribit: De loco, inqvit, Geneſ. 3. Com. 15: IPSA conteret caput tuum, qvære qvi tibi (MORINO) reſpondeant: non enim ea res agitur nunc inter nos, atq; ubi de iis, qvæ nunc inter nos, ſi potero, tibi fecero ſatis, æternum, ſcito, mihi ſilentium adverſum te iſtâ mente atq; ingenio hominem imperabo. Si qvid igitur peccaſti in eo loco, & qvi ſeqvitur, enarrando, *ut certè*, impunè tibi erit à me. Erunt fortaſſe, qvi tibi non parcent. Qvid Sectarii ſentiant & ſcribant de hoc Commate, nihil moror. Verùm tandem Vir Catholicus, inſignisq; Theologiæ Doctor, & acerrimi ingenii Vir, *Jac. Payva Andradius* modò citatus in dictâ defenſione Tridentinæ fidei, Lib. etiam 4. ita ſcribit: Qvale illud eſt,

SEPTIMUM ANDRADII.

qvod in vulgato interprete arguit Kemnitius, *ipſa conteret caput tuum.* Qvod qvamvis Deiparæ Virgini multi piè & religioſè accommodent, tamen cùm in vetuſtiſſimis qvibusdam Latinis exemplaribus reperiatur, *ipſe*, & cùm *Hebræis* id *voluminibus* conſpiret, *ita eſſe legendum non dubito.* Cui D. Hieronymi authoritas favet, qvi LXX Interpretes inſimulans, qvod dixerint, IPSE ſervabit caput tuum, & tu ſervabis calcaneum ejus, legendum eſſe ait, *Ipſe conteret caput tuum.* Qvod cùm de Chriſto imprimis intelligatur, qvamvis Pronomen, *Ipſe*, differat genere à Semine, vulgatus tamen Interpres LXX imitatus, noluit ſolœcismi notam ſubterfugere, dummodo myſterium magis ac magis aperiret. Profert deinde D. Leonis. Serm. 2. de Nativitate Domini teſtimonium.

Qvia verò meminit teſtimonii *Leonis Papæ*, placet etiam hoc loco geminum collatitiæ opis robur noſtræ Columnæ addere partim ex dicto *Leone*, partim ex *Auguſtino Steucho Eugubino*, Epiſcopo Kiſamo, ſedis Apoſtolicæ Biblio-

bliothecario, pag. 71. Operum ejusdem Edit. Venet. 1591. Dominici Nicolini. Dixi, ait, pro iPsA interpretem vertiſſe IsPUM, ut referatur juxta Hebraicum ad *Semen*. Dixi & ſeptuaginta vertiſſe non ἀυτὸς, ſed ἀυτὸ (Sed optandum fuiſſet, ut Steuchus veris 70 Interpretum codicibus hanc ſuam lectionem confirmâſſet. In re tamen ipſa idem nobiſcum ſentit, licet autoritatem fidorum exemplariorum Gr. meritò deſideremus) Neutro genere. Qvæ lectio à *Leone Papâ* maximè demonſtratur. Apud qvem eloqventiſſimè, ut omnia, hæc ad verbum: Deus enim omnipotens & clemens, cujus natura bonitas, cujus voluntas potentia, cujus opus miſericordia, ſtatim ut Diabolica nos malignitas veneno ſuæ mortificavit invidiæ, prædeſtinata renovandis mortalibus ſuæ pietatis remedia inter ipſa mundi primordia præſignavit, denuncians ſerpenti futurum *Semen* mulieris, *qvod* noxii capitis elationem ſuâ virtute contereret. Chriſtum ſcilicet in carne venturum, Deum hominemq; deſignans. Hæc ille: legerat ergo, ut apparet, apud ſeptuaginta, qvorum editio erat illis temporibus uſui, *Ipſum*, videlicet *Semen*. Adjungit *Steuchus* ibidem teſtimonio *Leonis* ſuffragium *Serapionis*, qvod brevitatis causa omittimus. Confer ejusdem Recognitionem Veteris Teſtamenti ad Hebraicam veritatem p. 123. Edit. Lygd. Gryphii 1531: הוא יְשׁוּפְךָ ראשׁ IPSUM conteret tibi caput. *Non refertur itaq; ad mulierem, ſed ad ejus ſemen*, qvâ interpretatione pleriq; decepti malam expoſitionem invexerunt in hunc locum. Et qvoniam ſunt, qvi qvod hic dicitur accommodent ad Jeſum Chriſtum, qvi ex ſemine Evæ natus eſt contrivitq; caput ſerpentis; Vides qvàm juventur hi, ſi *Hebraica, ut ſe habent, legantur &c.* Qvæ ſeqvuntur in *Steucho*, caſtiganda forent, ſi inſtituti ratio pateretur.

OCTAVUM EUGUBINI.

NONUM LEON. PAPÆ.

Ter in hoc unico Geneſeos loco *Franciſcus Ribera* deſerit veterem Interpretem, noſtramq; Columnam fulcit. *Primò* qvidem Comment. in Epiſt ad Hebr. Cap. 10. p. 483. Edit. Colon. Birchmannicæ 1590, hæc extant: *Ipſe* conteret caput tuum. Ita enim legunt, & de Chriſto interpre-

DECIMUM FRANC. RIBERÆ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

etantur, præter alios, Irenæus l. 3. c. 38, & Leo Primus Sermone 2. de Nativitate. In paſſione Chriſtus contrivit caput ſerpentis. *Deinde* Comment. in Habac. cap 1. p. 525. Edit. Colon. Birchmannicæ 1593: Ipſe, ait, conteret caput tuum. Ubi *ipſe*, reſpicit nomen זרע, qvod Hebræis maſculinum eſt. Idem fecerunt LXX, qvi verterunt αὐτὸς, id eſt, IPSE, qvomodo legit Hieronymus in traditionibus Hebraicis, & *correctiora exemplia Latina*, & Chaldæus. *Tertiò* l. 2. de templo cap 2. p. 104. Edit. Antverp. Belleros 1623.

UNDECIM. CHRIST. A SACROBOSC.

Riberæ autoritate, in primis verò LXXII Interpretum & Hieronymi motus *Chriſtophorus à Sacroboſco* Soc. Jeſu, olim Theol. Prof. in Acad. Dolana, deſerit devia veſtigia vulgatæ verſionis, cujus patronum agit, & in noſtra caſtra transfuga factus pugnat pro nobis, Defenſ. Trident. decreti de autoritate vulgatæ verſionis Latinæ p 202. Edit. Antverp. Joan. Keerberg. 1604. Conſenſum verò ſuum his verbis exprimit: Utrobiq; conſtanter affirmat, (Bellarminus) qvædam exemplaria vulgatæ editionis legere, (IPSE,) ea verò exemplaria eſſe *correctiora* docet *Franciſcus Ribera* ad primum caput Habacuc num. 32. *in qvam ſententiam hæc me ratio propenſum facit.* Nam vulgata noſtra editio, ut probavi alibi, vel eſt Hieronymi, vel veteris certè Interpretis; Ille tranſtulit ex Græco 70, hi autem legunt αὐτὸς, id eſt, IPSE. Nec te commoveat, qvòd tunc oratio foret minùs latina, & videatur potius reddendum, *Ipſum*, ſi referatur ad *Semen:* Nam Hebraicum Zeraע eſt gen. maſculini & qvemadmodum 70 in pronomine Græco ſervârunt genus antecedentis Nominis alterius lingvæ, ſic fecit Hieron. in pronomine Latino, atq; etiam, ut exiſtimo, antiqvus Interpres. Neq; hoc eſt novum aut inſolitum in noſtra verſione. Simile eſt enim illud Sapient. 1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & *hoc*, qvod continet omnia ſcientiam habet vocis, pro *hic*, qvi continet omnia, qvia nomen Græcum, ad qvod fit relatio, eſt πνεῦμα neutrius generis. Qvin etiam in noſtrâ verſione ſervatos videmus

non-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

nonnunqvam caſus ejus lingvæ, ex qva tranſtulit Interpres, qvamvis latinè non cònveniant.

Qvi Tridentino Concilio interfuit, calamumq; in noſtrarum Eccleſiarum Doctores haut raró ſtrinxit *Melchior Canus*, Epiſcopus Canarienſis Loc. Theolog. lib. 2. p. 74. Edit Colon. Birchmannicæ 1585 Tridentini anathematis parùm curioſus ſic ſcribit: Atq; idem *Hieronymus* in qvæſtione Hebr. Gen. 3. legendum ait, *Ipſe conteret caput tuum*, non *Ipſa*. Cùm enim apud Hebræos neutro genere ad ſemen referatur, interpres rem ſignificatam perpendens in maſc. genere tranſtulit, IPSE. Qvod IMPERITI non intelligentes vitiumq; Scriptoris æſtimantes ſubſtituerunt, IPSA, ut illa peætereamus, qvæ *Auguſtinus Eugubinus* commemorat. DUODECIM MELCHIORIS CANI.

Wilhelmus Lindanus Pontificiorum dogmatum fervidus Propugnator, & Hebr. textus haut rarò iniqvus Cenſor, hìc veritatis & æqvitatis memor, lib. 3. de optimo Scripturas interpretandi genere pag. 126, 127. Edit. Colon. Cholini 1558, noſtram Columnam ſtabilire & veterem Interpretem de ponte dejicere aggreditur: Verum, inqvit, qvod nunc inſtat, uberioris eſt fructus, ac proinde inſigniorem habet lingvarum Græcæ & Hebraicæ neceſſitatem. Qvæ enim in vulgari verſione variè variis in codicibus extant, *certam ac definitam Lectionem accipere neqveunt, niſi ad ſuos fontes Latina verſio revocetur. &c.* Verùm hoc nunc eſt paucis aliqvot demonſtrandum exemplis, ſed inſignioribus. Gen. 3. conſtanter legitur: IPSA conteret caput tuum genere Feminino: certè gèrmanum eſſe, IPSE, gener. maſcul. docet, præter Latinos codices veteres *caſtigatiores*, & *Græcos interpretes, Chryſoſtomum* & *alios*, *ipſa etiam Hebræorum Lectio*, apud qvos duo ſunt argumenta, qvæ hanc lectionem lectoris ſtudioſi animo ad veritatem perſvadeant. יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ inqvit, הוּא *Ipſe* conteret atq; confringet tibi caput. Qvòd ſi qvis contendit ו pro י eſſe, is ſanè ex verbo futuri maſc. ita refutabitur, ut NULLUM ei ſit tergiverſationis refugium. Conſentiunt *Div Hieronymus* qvæſt. Hebr. Roberti Codices vet. Germ. O. S. hoc eſt, D. DEC. TERT. LINDANI.

Ger-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

Germani oblongum & *Sorbonicum Correctorium*, ſuffragantur *quatuor Lovanienſes*.

Porrò novum Hebraicæ veritati patrocinantium par adducamus, *Picum Mirandulanum* & *Baptiſtam Mantuanum*. Etenim *Joannes Picus Mirandulæ Concordiæq́; Comes* Tom. 2. Oper. pag. 243. Edit. Baſil. 1561 in Epiſtolâ ad *Baptiſtam Mantuanum* ſic ſcribit: De Diverſitate translationis noſtræ à litera Hebraica in 3 c. libri Gen. ubi de Eva agitur & ſerpente, ſic eqvidem cenſeo. *Eſt in Hebræo*, qvemadmodum ſcribis, IPSUM *cnnteret caput tuum &c.* Interpretatio verò ejus, qvam annectit, minùs ſana eſt. Neq; verum eſt, qvod Hieronymo & ſeptuaginta Interpretibus affingit, veluti alii Doctores Pontificii, qvos hìc citamus, expreſſis verbis docent.

DEC. QVARTUM PICI MIRANDULÆ.

DEC. QVINTUM BAPT. MANTUANI

Cum his ſuæ Religionis ſociis operam ac ſtudium conjunxit *Didacus Stella*, Comment. in Lucam cap. 1. p. 78 Edit. Lugdun. 1580: Adam & Eva primi noſtri parentes divinum mandatum transgreſſi merentur pœnam æternam: Verùm Deus ab his non rogatus, nulliſq; meritis provocatus ultrò pollicetur *Salvatorem* dicens: *Inimicitias ponam inter te & ſerpentem, & ſemen tuum, & ſemen illius, & ipſum ſemen ſuum conteret caput tuum. Hic promiſit ſalvatorem, qui ſerpentis caput*, id eſt Diabolum, cum qvo loqvebatur, *conteret*. Sicut igitur Dominus ſuâ bonitate & clementiâ adductus hominem condidit: Ita eâdemmet benignitate ductus hominem ſuâ malitiâ lapſum reſtituit. Ideo redemptionis opus meritò miſericordiæ opus dicitur. Miſericordiæ enim eſt, eò qvòd promiſerit nullis noſtris meritis exigentibus. Hoc *Didaci Stellæ* Suffragium tantò validius eſſe animadvertimus, qvantò majus robur accepit à conſenſu & approbatione Hiſpanorum Doctorum. Nam hi juſſu *Cardinalis Caſparis Qvirogæ* Archiepiſcopi Toletani Hiſp. generalis inqviſitoris, in *Indice expurgatorio* expunxerunt [p. 65. 64. 65. 66. Edit Salmur. Thomæ Portau 1601.] varia loca, qvibus ſuum aſſenſum præbere noluerunt. De hoc verò Geneſeos loco altum in indice illo eſt ſilentium.

DEC. SEXT. DID. STELLÆ.

Taci-

Tacitè itaq; lectionem neutr. gen. approbaverunt, qvam ſalvâ conſcientiâ tollere neqvibant. Id qvod ex edit. Antverp. Beller. 1608 patet: qvæ licet ſit caſtrata, tamen hanc lectionem & interpretationem habet p. 47. Meliùs autem vertiſſet, *hoc ipſum, idem illud*, qvàm *ipſum ſuum*. In re tamen eſt conſenſus. Nam non minùs qvàm nos confirmat Neutrum genus, & Meſſiæ, non Mariæ gloriam conterendi ſerpentis capitis tribuit.

Præterea ex Summa Colloqvii *Johannis Rainoldi Angli* cum *Johanne Harto* de Capite & Fide Eccleſiæ manifeſtum eſt, qvòd *Hartus* Pontificius vi veritatis victus, tandem depravatæ lectioni Moſaici loci nuncium remiſerit, atq; in ſtatuminando MeſſiæTropæo ſocias nobis porrexerit manꝰ. Etenim *Rainoldꝰ* cùm totus in eo eſſet, ut dilueret crimen falſi & corruptæ divinæ Hebraicæq; Scripturæ, cujꝰ Pontificii haut pauci, nec infimi nominis Judæos accuſant, continuat reſponſum ſuum & dicit: Durum eſt corrupti Hebraici fontis ipſos, qvod vos (Pontificii) facitis, accuſare. Longè duriùs, qvam ſi nos Latinæ Verſionis depravatæ Eccleſiam veſtram argueremus, ubi Ipsa in locum Ipse ſubſtituitis: non ipse, ſed ipsa conteret caput tuum. Cui *Hartus* in hunc modum reſpondet: Minime verò; retinuimus enim illam Lectionem Ipse etiam in Vulgata noſtra Latina editione. Lovanienſes enim Theologi annotârunt in duobus manu ſcriptis codicibus reperiri. *Et fatemur nos magis conſonum eſſe Hebraico ſcripto* & Chaldææ Paraphraſi, Græcæq; interpretationi; etiam ita S. Hieronymum legiſſe. Hæc *Hartus* p. 134. edit. Oxon. 1610. Dec. Sept. Harti.

Nec non dictis noſtri Tropæi propugnatoribus ſuum jungit ſtudium *Joannes Ferus* Comment. in Epiſt. ad Roman. cap. 3. qvando ſic ſcribit ſuper hæc Pauli verba [*Teſtificata per legem,*] Nihil novi doceo, hæc idem omnis ſcriptura teſtatur: Gratis nos juſtificari. Sic Moſes ſcribit ſtatim poſt peccatum Adæ promiſſum eſſe *Semen, qvod conteret caput Serpentis*. Sic Eſaias: Venite, emite absq; ar- Dec. Octavum Joan. Feri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

gento &c. His adjungatur *Pererius* in **Danielem**, qvem Amama in Antibarbaro citat.

DECIMUM NONUM BEN. ARIÆ MONTANI.

Profundæ Eruditionis Vir, *Benedictus Arias Montanus*, qvi non modò in interlineari interpretatione Hebraicorum Bibliorum firmiter ſtare voluit à noſtro Tropæo, ſed etiam in aliis ſcriptis ſuis raræ ſcientiæ ſubinde hanc contriti ὀφιοδαίμονος victoriam Meſſiæ in ſolidum aſcribit, nullâ Mariæ factâ mentione. E qvibus duo ſaltem loca ſeligemus noſtræ Columnæ robur oſtendentia & augentia. Libro de Hiſtoria generis humani primo cap. 16. p. 60. Edit. Plantin. Antverp. 1593, in hunc modum loqvitur: Eveniet autem, ut non ſolùm te à mulieris ſemine tyrannide depulſum ac regni coronâ imminutum experiare, ſed capite læſum, confractum ac detritum ſentias, hoc eſt, poteſtate omni per fraudem & fallaciam adepta, hominis demum opera & negotio pulſum admireris. Namq; is ita tecum pugnabit, ut caput ſemper petat, ac demum conculcatum conterat; tu verò nihil illi altiùs, qvàm in poſtremis ac terræ vicinioribus membris nocere, obeſſeq; poſſis, idq; non apertô congreſſu, ſed per inſidias ac fallacias, qvæ tuæ porrò artes perpetuæ erunt. *Et Ipſum conteret caput tuum. Mulieris ſemen*, hoc eſt, *Homo aliqvando exiſtet, cujus ſapientiâ & actionibus tua prorſus diſſolventur opera. Qvo dicto adorandoq; oraculo futuræ humanarum rerum non modò inſtaurationis ſed amplificationis admirandæ promiſſum factum, arcanâ oratione conceptum eſt.*

Nec non idem confirmat Lib. de Hiſtoria Naturæ, qvæ *Prima in magni Operis Corpore Pars ab Aria inſcribitur*, cap. 6. pag. 451. Edit. Antverp. 1601. ita ſcribens: Et qvidem facultatem vincendi in ſingulis pugnis, eatenus conſervatam intelligimus, qvatenus ad externas actiones ſtudio ac labore coërcendas in malo, in bono verò ſtatuendas pro loco ac tempore opportunum fuerit: ad internas verò qvod attinet, reprimendi qvidem vim non eſſe abolitam; vetùm extirpandi penitus ac tollendi, *priſtinumq; reponendi ſtatum, rationem, debiti qvidem eſſe humani, imperii verò, facultatis,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

tatis, ac roboris non eſſe, ſolumq́; illi reſervatum virtuti de qva reſponſum illud extiterat. Et *ipſum conteret caput tuum*. Qva de re ſcriptum decantatumq́; illud conſtat, *Delicta qvis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce Servo tuo.* Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & mundabor à delicto maximo.

Pſalm. 16.

Idem confirmat *Arias Montanus* Verſione e verbo reddita, qvæ Hebræo Regiorum Bibliorum textui interſeritur. In qva non minùs, qvàm in aliis ſacri interlinearis Codicis editionibus, qvæ poſtea ſunt evulgatæ, non IPSA, ſed IPSUM rectè & conſtanter legitur. Qvam Lectionem *Pagninus* priùs & probavit & ſuppeditavit, Hebraicum Prototypum ſeqvutus. Cui aſſertioni fidem facit etiam antiqvum Pagninianæ Verſionis exemplar excuſum anno 1582. Huic veræ Lectioni Hebræi textus tantùm abeſt, ut Lovanienſes Regiorum Bibliorum Cenſores nigrum theta præfigere auſi ſint, ut potiùs eidem niveos ſuæ approbationis calculos adjecerint. Hi autem fuere *Auguſtinus Hunnæus, S. Theol. Profeſſor, Cornelius Reyneri Goudanus, Johannes Wilhelmi Harlemius, S. Scripturæ & Hebrææ Lingvæ Profeſſor.*

VIGESIMUS PAGNINI.

VIG. PRIM.
VIG. SEC.
VIG. TERT.

[Cæterùm, ſalvâ hujus loci verſione Pagniniana & Montaniana, ipſe fons τȣ͂ ὑγιαινόντος λόγȣ, ipſum Lumen & columen Promiſſionum inauditâ audaciâ cœptum eſt collutulari. Nam pro הוא divino textui ſubleſtâ fide intruſum eſt הִוֹת. *Primò Schurek* ventri τȣ͂ Vau exſectum doles. *Secundò Chireck* parvum, ut particula aliàs plane elingvis pronunciari poſſet, ſub He eſt locatum. *Tertiò* (○) notam maſorethicam כְּתִיב τȣ͂ Vau ſuperimpoſitum miraris; cui, præter jus faſq; Maſoretarum nullum plane marginale קְרִי reſpondet. *Qvartò* deniq; irrepſit *Thau* locô *Aleph* ſub finem vocis. Sed verò, ſcire fortè aves religioſe divinorum monumentorum æſtimator, cujus hominis manus hujuſcemodi τῶν βεβαιοτέρων λόγων σημεῖα à Moſis ætate in noſtra tempora ſingulari divinæ Providentiæ munere incorrupta conſervata falſare auſa ſit? Num *Ariæ Montani*, qvi primas in iſto opere edendo tenebat? mi-

CRASSUM REGIORUM BIBL. HEB. MENDUM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

nimè gentium. Nam ille in Reſponſione ad criminationes *Eroſtrati*, qvæ cum aliis Præfationi annexa cernitur in exemplari Bibliorum Regiorum Interl. 1584 ingenuè fatetur, & dicit: *Neq; integrum neq; fas nobis fuit ab exemplaribus propoſitis vel punctum, vel minimum apicem variare, neq; cuiqvam hoc licere arbitramur.* Qvalia verò fuerint Hebraica exemplaria, qvæ ſeqvebatur in evulgando tam divino tam auguſto opere, in proximè antecedentibus declarat hâc verborum formâ: *Qvamobrem magnam in utriusq; generis exemplaribus conſtantiam viſere eſt ubicunq; illa reperiuntur, tam in Vaticana, qvàm in cunctis Italiæ, Græciæ atq; adeo totius Europæ, Aſiæ, Africæ, cùm privatis, tum publicis Bibliothecis?* Hæc *Arias*. Num itaq; *Judæi* alicujus perfidiæ hoc crimen falſi aſcribendum? Num *Lutherano*, aut alicui, qvi Mariam non invocat, iſtud audax violandæ primæ Promiſſionis facinus imputandum? Res ſalva eſt, *Pontificius* fuit, qvi has divini juris tabulas perfregit. *Pontificii* fuerunt, qvi hanc adulterandi proteuangelii audaciam prodidere. Etenim *Franciſcus Lucas Brugenſis in Notationibus ſacrorum Bibliorum*, qvibus variantia diſcrepantibus exemplaribus loca diſcutiuntur, hominem indigitavit. Hæc ſunt ejus verba ad præſentem locum p. 26. Edit. Antverp. 1580: Deinde femininum Pronomen nonnunqvam eo modo ſcriptum reperitur, qvo Maſculinum הוא, qvanqvam הִיא legatur, atq; ita in hoc loco accipiendum & legendum eſſe הוא nonnulli exiſtimant. Hinc *Guido Fabricius Pici Mirandulani Principis auctoritate nixus, in Hebraicis illis Bibliis Regio Operi adjunctis, qvibus Latina interpretatio inter contextus lineas inſerta eſt, excudi curavit* הִוא, *qvanqvam errore poſitum ſit* הִות. Eundem *Guidonis* fucum literis prodidit *Jacobus Gretſerus Jeſuvita* in Defenſione Bellarmini c. 12. l. 2. p. 578. edit. Ingolſtad. 1607. Neq; *Leonhardus Marius* Comment. in hunc Geneſ. locum 3 cap. verſum 15. Boderinam eam fraudem, qvâ inſidioſiùs nota (o) Maſoretica in obtuſum וּ Vau angulum involavit, ſubticere voluit. Ita enim ille ſcribit p. 51. edit. Colon. 1621: Verùm ut res tota cõſtet, primum qvod ad textum Hebræum

um ſpectat, fatemur in eo nunc eſſe הוה Hu *Pronomen Maſculinum*, *non* היא Hi *Femininum.* Neq; verum eſt, qvod qvidam ſcripſit, in codicibus correctioribus (ecce corrupti textus Hebraici, tanqvam mali corvi malum ovum) ſupra הוה eſſe notam קרי וקתיב *Keri veketib*, qvæ Hebræis notat aliter legi debere, qvàm ſcriptum ſit; eam n. noſtris temporibus *Guido Boderianus* addidit *eis ſolùm exemplaribus*, qvæ continent interlinearem *Pagnini* verſionem in Bibliis Regiis, idq; ex conſilio *Franciſci Pici Mirandulæ Comitis*, (ſed ab hac culpa facilè liberabit *Joan. Franciſc. Picum Mirandulæ Dominum* ipſius *Pici* Epiſtola ſcripta ad *Pagninum* Calend. Jun. 1518; qvam *ipſe Pagninus* præfigendam curavit ſuæ Verſioni editæ à ſe in Qvarto Lugduni 1527, 29 Januar.) in reliqvis verò exemplaribus nota hæc non reperitur. *Secundò* fatemur, qvòd in Græcis exemplaribus LXX etiam omnes ferè hodie codices legant ἀυτὸς, Complut. Regii, Romani, Baſilienſes, Aldini: qvidam minoris notæ ἀυτὸ; idq; opinor, ut Pronomen cum Nomine σπέρμα, qvod antecedit, genere conveniat: Cùm ἀυτός, vel ad ſenſum ſolum pertineat, vel ad genus vocis Hebrææ זרע *Zera*, faciunt enim hoc non ratò interpretes, ut in verſione ſua ad genus reſpiciant, qvod habet nomen in lingva ex qva vertunt. Cur ergo, inqvies, contra horum codicum fidem Catholici hodie, legunt, Ipsa *conteret?* Dicam. Mox cauſas ſubnectit tres, qvas ipſi Catholici modò adducti ut tutores & propugnatores hujus ſvaviſſimi vaticinii dudum invictis contrariis rationibus refutârunt. Qvas non obſervatas eſſe à tam celebri Catholicæ Romanæq; Eccleſiæ Doctore valde mirari ſubit....]

Vigesimū qvartum Leon. Marii.

Percelebris Pontificiæ Theol. Doctor & Scripturæ interpres *Gaſpar Sanctius* ſuos qvoq; in conſtabiliendo Tropæo noſtro lacertos exſertat. Nam Comment. in 7 cap. Amoſi verè Catholici videntis pariter ac Acatholici cœcutientis oculis & animis hæc ſubjicere haut reformidavit. Neq; multùm refert, ait, qvòd hæc gen. ſit feminini, neq; enim novum eſt Vulgato, ut in transferendo genus ſer-

Vig. qvintum Casp. Sanctii.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

ſervat (lege, ſervet. Neq; nos præſtare tenemur culpam, qvæ incuriâ Typothetæ, Correctoris, exſcribentis, aut Autorum allegatorum vitiô, nunc in rebus, nunc in vocibus ſunt admiſſa vel omiſſa) originalis Lingvæ. Apoc. c. 2. Duo candelabra *ſtantes:* dicendum eſſet *ſtantia.* Sed reſpexit interpres ad Græcam vocem λυχνίαι, qvæ generis eſt feminei. Matth. c. 20: Reges gentium dominantur *eorum*; *earum* dicendum fuiſſet, ſed habita eſt ratio Græcæ vocis ἔθνος, qvæ generis eſt Neutrius. Geneſ. 3. Ponam inimicitiam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius, IPSE *conteret caput tuum.* IPSUM dicendum eſſet; ſed qvia vox Hebraica זרע *Zerah*, qvæ *Semen* valet, generis eſt Maſculini, Pronomen Maſculinum adhibuit. Plura occurrent exempla attento Lectori, Sic ergò cùm vox *Trulla* Hebraicè generis ſit Maſculini, *eum* adhibuit, & non *eam* vulgatus Interpres. Hæc ille Edit. Lugd. 1621. p. 697.

VIG. SEXT. PICHERELLI.

Petrus Picherellus Firmit-Auculpæus in Paraphraſi cum Annotationibus in Coſmopœïam noſtræ Columnæ eſt Petra paraſtatica. Sic ſcribit p. 36. in hujus 3. c. ℣. 15: QVOD, inqvit, (*Caput tuum conteret, attritô interim ejus abs te calcaneô*) in Hebræo: IPSUM *conteret tibi caput, & tu contriveris illi calcaneum &c.* p. 43: Porrò (pergit) vulgata apud nos Lectio, IPSA *conteret caput tuum*, fidem & autoritatem obtinuit: Sed nec *Græcorum*, nec *plurimorum* Latinorum veterum culpâ. Mox citat *Irenæum*, ejusq; l. 3. c. 38. l. 4. c. 70, & lib. 5. Sectione, *Omnia ergo recapitulans.* Deinde *Cyprianum* adverſ. Judæos l. 2, c. 9. Qvod Cypriani teſtimonium ſuprà Columnâ 1 Statumine 1. à nobis allegatum eſt, ſed verbis Wicelii. Citat, inqvit, *Picherellus*, hunc locum juxta Græcos, qvi habent (αὐτὸς) *Ipſe*, ut ſicut dictum eſt, & Veteres Latini qvidam Codices, & *Leo Papa* ſub initium ſermonis 2, innativit. Domini, id qvod nos etiam ſuperiùs Statumine IX fide Eugubini Steuchi uſi attulimꝰ. Facilis (pergit *Picherellus*) autem fuit lapſus ab, IPSE, ad, IPSA, maximè qvum intuitu primô non appareret, qvò referendum eſſet maſculini generis relativum &c. Hæc ille edit. Luter. 1579.

Corne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

Cornelii Janſenii ſymbolica opera neutiqvam prorſus rejicula putabitur. Comment. in 5. libr. Moſis p. 44. Edit. Lovan. Zegeri 1642 hæc ſcripſit: Textus Hebræus ad qvem provocant, legit, *Hou*, id eſt, IPSE ſeu IPSUM, ſcilicet ſemen, qvando eſt Maſculinum & ei reſpondet verbum. In LXX & nunc & olim tempore Hieronymi & Philonis legebatur IPSE, ſc. CHRISTUS, qvia ſenſum reſpiciunt. Qvæ verò hoc Janſenii de Hebræo textu, LXX &c. verum teſtimonium ac judicium ſeqvuntur, nihil roboris habent. Veterem enim Lectionem excuſare laborat, ſed fruſtrà lavat Æthiopem. Id qvod & aliis claræ veritatis vi victis Pontificiis, qvi à nobis citantur, accidit. Vident qvidem hujus illuſtriſſimi loci meridianum lumen. Sed ejus fulgor facilè perſtrinxerit oculos ſponte lippientium aut fugitivis hirqvis recta intuentium. Mox in media luce crepuſcula frivolarum excuſationum reſpectant. Horum dubiâ luce licet condi videatur veritas, eluceſcit tamen, emicat, & candidis vecta qvadrigis triumphat. Hoc *Janſenio* uſu venit. VIG. SEPT. JANSENII.

Torniellus lib. Annal. p. 114 Edit Antverp. Plant 1620 ſic noſtram, qvæ ipſi veritati & vitæ CH. J. erecta eſt, columnam firmat: Qvia (Abel) juſtus & ſanctus erat, eſſet ſemen illud mulieris, de qvo prædixerat Dominus: IPSE *conteret caput tuum*. Confer ibid. ejusdem p. 100, ubi utramqve ſententiam proponit. Confer 27 Stat. VIG. OCT. TORNIELLI.

Conſtantiùs multò *Mercerus* ſuper hunc locum edit. 1598 depravatam Lectionem rejicit: Magnam, inqvit, injuriam CHRISTO faciunt, qvi IPSA legunt, ad Virginem referentes, & ei tribuentes, qvod Chriſti ſolius peculiare eſt. Etſi enim eo fuerit uſus organo ad opus redemptionis peragendum opus, tamen redemptionis Chirſti proprium eſt, non Virginis p. 90. VIGES. NON. MERCERI.

Tandem in jaciendis noſtræ Columnæ fundamentis vires conjungunt doctiſſimi qviq; Lingvæ Hebrææ, *Reuchlinus* in ספר יאיר נתיב R. Mardochai Nathan, *Pagninus* in Theſauro Lingvæ Sanctæ, *Mercerus* itidem in locupleta- XXX REUCHLINI. XXXI PAGNINI.

to

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

XXXII BERTRAMI. to Pagnini Theſauro, Bertramus, Cevallerius ibid. *Marcus*
XXXIII CEVALLERI. *Marius Brixianus* in Arca Noe, *Marius de Calaſio* in Con-
XXXIV MARINI. cord. Hebr. Bibl. *Joannes de Plantevit*, Lodovenſium in Gal-
XXXV MAR. de CALASIO. lia Narbonenſi Epiſcopus in Synonymico Hebr. Chald.
XXXVI PLANTEVITII. Rab. Theſauro, Lodovæ edito 1645. p. 203. in Rad. דכא,
XXXVII VATABLI. *Vatablus* in Bibliis Hebr. Gr. Latinis.

Neq; prorſus hic negligenda ſunt antiqva noſtratia *Manu ſcripta*, & Veteris Interpretis editiones, qvas ipſi vidimus. Obſervavimus in duobus MSS exemplaribus, qvæ viſuntur in Regia & Academica Bibliotheca Havnienſi IPSUM legi, ſed diverſo modo. Nam *alterum* horum, qvod olim aſſervabatur *in Lundenſi omnium Sanctorum Monaſterio*,

MSS. DANICA. in textu qvidem retinet lectionem, IPSA, ſed in Commentariis ejusdem hoc additur: *Meliùs in Hebræo habet*: IPSUM *conteret caput tuum, & tu conteres ejus calcaneum. Alterum* verò, qvod ex Hervadenſi (Liber fuit OLARIC de Hervado) monaſterio tranſlatum Univerſitatis Haunienſis Bibliothecæ legavit Gener. Heros, olim Dan. claſſis Archithalaſſus, GEORGIUS WIND, nunc ἐν τοῖς ἁγίοις apud cœlites, habet IPSUM, ſed ſimul legit IPSA. Ex hoc MSS licet non plenum robur accedat noſtræ Columnæ: tamen allegandum duximus, ut conſtaret etiam in Patria tunc emicuiſſe veritatis aliqvam lucem, licèt dubiam ſuperiori Majorum noſtrorum ætate, qvando tenebræ Pontificiæ eam occupârant.

Sed MSS. adjungamus *Impreſſos Vulgatæ Editionis Codi-*
CODICES IMPRESSI. *ces*, qvi in noſtro ſunt Muſéo. Habemus *Biblia Vulgata Lat. cum Concordantiis Vet. &* N. *Teſt. Sacrorum Canonum antiqvitatum Joſephi*, impreſſa ad correctiſſimorum Exemplariorum tam antiqvorum, qvàm novorum, Lugduni in fol. per Jacobum Sacon 1521: in qvibus, IPSUM, legitur. Idem reperies in Birckmannica Vet. Interp. Editione, qvæ elegantiſſimè excuſa eſt Anno 1526. Deniq; eandem Lectionem in Bibliis V. I. à Nic. Petreio evulgatis 1527 Norimbergæ nitidô charactere, formâ majoris Octavi, extare animadvertimus.

Hacte-

Hactenus inveſtigavimus & in apricum produximꝰ COLLATITIA ADVERSARIORUM STATUMINA, Exemplariorum ſubſidia ad confirmandam divini hujus loci veritatem Hebraicam, ejusdemq; veram interpretationem fluentem à puro fonte, qvem alii ejusdem Religionis viri collutulare ſtudent. Priùs itaq; Pontificii cum Pontificiis, Jeſuvitæ cum Jeſuvitis tranſigant, qvàm Lutheranis non neceſſariam litem intentent. Tantò autem pleniùs hâc operâ fungi voluimus, qvantò hic alii ſunt breviores.

STATUIMUS
III.

NEcdum ſolidè à qvoqvam Chriſtianorum aut Hebræorum Doctorum probatum eſſe, qvòd Pronomen Maſculinum הוא Nomini aut Verbo Feminino, vel Nominis Verbíve affixis Femininis in Hebraico Codice junctum reperiatur: E contrario, nec ullô authentici Hebræi voluminis locô clarè evictum eſſe, qvòd Pronomen Femininum הִיא vel הִוא cum Nomine aut Verbo Maſculino, aut eorum affixis Maſculinis conſtructum extet. Columna Tertia.

[Nos omnia, qvæ in Hebræorum authenticis ac divinis monumentis, qvæ à Spiritu Dei inſpirata & perſcripta extant, loca evolvimus, & ſummô qvô fieri potuit ſtudiô ſcrutati ſumus; nec qvicqvam invenimus, qvòd ſtabilitatem hujus TERTIÆ COLUMNÆ ſolidè labefactaret. Nam *Primò*, ni fallor, *Septingenta qvinqvaginta ſeptem* ſunt in univerſo Codd. Hebræo loca, in qvibus הוא legitur; nullibi tamen locorum reſpondet generi Nominis, Verbi vel Affixi feminino.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

Secundò: In duobus & nonaginta locis Hebræi textus extat Feminin. הִוא; ſed ita, ut nullus ſit horum, ex qvo evidenter probari poſſit, hoc conſtructum legi cum Maſculino Verbo, Nomine, aut Affixo. *Tertiò*, Duo & octoginta in promptu nobis ſunt loca, in qvibus ſcribitur forma feminina הִיא; ſed nullibi cum genere Maſculino Verbi, Nominis, vel Affixi. Qvia v. integrum particularum הִוא & הִיא, הוּא meditamur Syntagma, & operæ Typographicæ nos urgent; heic manum de tabula tolleremus, niſi novus appareret fucus *Hebr. Bibliorum Hiſpano-Regiorum,* qvibus è regione reſpondet V. Traductio, nec LXX Interp. cum Lat. verſione. Hunc prodidit *Delrius* Soc. J. S. in Adagialibus ſacris p. 9. edit. Cit. Idcirco, inqvit, fortaſſis in Regis Bibliis *punctum* (Schurek) SCIENTER *omiſſum, & in codicibus nonnullis* (hoc probandū eſt. Tantùm in uno codice interlinearis verſionis hæc notula circularis invenitur ſuperimpôſta τοῦ Vau, ſed fraude *Guidonis*, ut *Marius* notavit, cujus verba ſuprà allegavimus. Et non niſi in prima Edit. Interl. anni 1571 hæc audacia cernitur. Nam in altera interlin. edit. anni 1584 notula illa (○) Ketib eſt expuncta. Nimis n. pellucens fraus facilè evaneſcit) lectionis varietas notulis ſignificata. Sed pergamus.

STATUIMUS
IV

COLUMNA QVARTA.

CONterere caput ὀφιοδαίμονος mortem mortisq; mala æterna & temporaria hominibus lingvâ venenatâ & inflammatâ a gehenna inferentis, non eſſe opus nudi hominis.

[Siſtimus vobis, adverſarii, amicos, fratres, patres, Doctores veſtros. Ex *Wicelio* veſtro diſcite æternæ Meſſiæ TRIUMPHALIA de ſerpentis Dæmoniaci capite, *Statumine primo*. Ex *Sasboutio*, ſic Chirographum, qvod adverſus nos erat, deleri, ut omnes in illum, qvi conterit, creden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

dentes, à peccatis liberentur, juſtitiam accipiant & ſalutem, *Statumine ſecundo.* E *Feliſio*, nullum intelligi ALIUM Pronomine *Hu*, qvàm ILLUM, in qvo benedicendæ erunt omnes gentes, qvi eſt CHRISTUS *in æternum benedictus*, *Statum qvarto.* E *Georgio Veneto*, ex falſa traductione Latina gloriam conterendi diabolici ſerpentis communiter tribui Reginæ cœlorum, qvæ ex veritate literæ CHRISTO debetur. *Statum. qvinto.* Ex *Did. Stella*, ſalvatorem hìc promitti, qvi cõteret caput ſerpentis. Si v. hos tanqvam æqvales audire nolîtis: ſubmittite qvæſo vos veſtro olim *Papæ Leoni*, qvi affirmat, qvod *hoc* SEMEN *noxii corporis elationem ſuâ virtute contereret, Chriſtum ſc. in carne venturum* (verba ejus ſunt) DEUM HOMINEMQVE deſignans. Cæteros brevitatis ergo omittuntur: qvi à diligenti horum collatitiorum auxiliorum ſcrutatore facilè poſſunt legi & reliqvis addi. *Coloſſ. 2, 15.*

Unum ſaltem ſupereſt, qvod ſi humanioris Lectoris veniâ expedierimus, neminem, ut opinamur, prolixiùs noſtrum ſtudium inveſtigandi veritatem, & inveſtigatam propalandi deſiderium ultra fas aut citra morem morabitur. Commodat noſtræ Qvartæ Columnæ novum robur doctiſſimus vir, *Jacobus Boſius* l 5 c. 10 de *Triumphante Cruce*, ed. Antverp. 1617: Unusqvisq;, inqvit, noſtrûm Chriſto Domino gratiam referre debet, qvi brachia ſua in crucis ligno extendens, ibiq; pro nobis omnibus mortem oppetens, improbum atq; fallacem ſerpentem antiqvum humani generis hoſtem devicit & conculcavit; IMPIA TYRANNIDE AC TRUCULENTISSIMO DOMINATU ILLUM EXSPOLIANS, qvem in mundum ſibi arrogaverat. Indigitat, ut arbitramur, locum orbi adorandum, ſed orco tremendum, qvem Satanæ ille terror Paulus Col. 2 oſtentat, atq; his verbis exprimit ꝟ. 15: *Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.* Huic Boſianæ explicationi occaſionem dedit raritas Hieroglyphicæ imaginis, qvam Boſius affirmat inſculptam reperiri lateri *Obeliſci Conſtantiniani*, qvod ad occidentem vergit, Xeno-

do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

dochiumq́; Sancti Joannis Lateranenſis Romæ reſpicit.
Hanc nos ad Boſianum ἔκτυπον impreſſum ibidem loci, exſculpendam curavimus hôc conſpectu:



Vos verò, *Humachitæ*, amicè compellamus, ut ſedulò caveatis, ne veram veſtrorum Doctorum, veſtrorum Patrum, veſtrorum Fratrum Interpretationem & ſerias vindicias, imò veſtri qvondam capitis ſummi, Leonis Decimi, Pontificis Maximi auctoritatem pro nihilo ducatis. Aliàs fruſtrà eritis: inprimis, cùm veſtra cauſa ſit parùm juſta. Suam enim Meſſias cauſam aget. Hæc victrix erit, perpetuoq́; triumphabit veritas.

SOLI TRIUNI
JEHOVÆ
SEMPER VICTORI
GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 00806 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-68 4° 806